



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Elogia Societatis Iesu Sive Propvgnacvlvm: Pontificum,  
Conciliorum, Cardinalium, Antistitutum, nec non  
Imperatorum, Regum, Principum & aliorum Virtute,  
Religione, omniq[ue] Literatura illustrium (etiam ...**

**Gomez, Cristobal**

**Antverpiæ, 1681**

Petrus Victor n. 6

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38486**

5. A DIDACO PAIVA DE ANDRADE Doctore sapien- Eius Inflati-  
tissimo, qui à serenissimis Portugallie Regibus ad Tridentinam remis- tum, &  
sus Synodus semper interfuit, & pro Societate aduersus Kemnitium filij lau-  
dantur.

valenter scripsit: *Is postquam in Præfatione ante lib. I. Orthodoxa-*

*rum explicationum Nostros vocarat Homines Catholicæ, piæ,* Ex doctrina excep-  
*veræ, & excellentissimæ doctrinæ, Institutum vero sanctissi-* lentia, &  
*mum, & seuerioris, & ad veterem Ecclesiæ normam confir-* laboribus immenſis  
*matæ disciplinæ, & qui laboribus immensis ab vniuersa fere* in heresis perniciem.  
*Germania pestem redimunt, florentissimamque Prouinciam*  
*ad antiquam Religionis puritatem restituunt: Tum ipso libro*

I. *Kemnitium alloquitur inquiens. Diligenter amabo te, per-* Spirant in-  
*scrutare omnes illorum actiones, & curiosè inuestiga,* flammatum in Christi  
*an quidquam in' vniuersis eorum Consilijs reperire pos-* plebem amore  
*sis, quod inflammatum in Christi plebem amorem non*  
*spiret. Hic est, qui tuum in eos funestum odium concitauit.*

*Hæc apud Paul. Leonard. Apolog. pro scientia Media Par. 2.*  
*num. 85.*

AB EODEM, Societatem suorum Martyrum sanguine purpu- Quanta  
ratam contemplante: Infinitum (inquit) quidem esset numeran- patiantur in Indijs, vt  
do percensere, quot illius viri in hoc docendi Euangelijs, at- homines ab  
que Indicos homines ab impietate auocandi munere, verbe- impieitate  
ribus cæsi fuerint, quot vinculis obstricti, quot in carceres auocent.  
misérè contrusi, quot inedia fere consumpti, quot denique ob  
Christi nomen varijs cruciatuum generibus interierint. *Hæc*  
*ille lib. I. Orthodox. explicat. apud P. Nigr. sup. Regul. Soc. tit. Par.*

3.n. 14.

6. A PETRO VICTORE *In Appendice ad Chronolog. Ge-* Societas  
*nebrardi anno Mundi 5673. & Christi Domini 1583. vbi ille sic ait:* Ordo est  
Deus semper in Ecclesia sua suscitauit viros heroica virtute miraculis  
præditos, ac præsertim remedium malis nostris peropportu- gloriosus,  
num, veluti data opera miraculis gloriosum, & doctrina exi- & doctrina  
mium Sacrum Patrum Iesuitarum Ordinem esse voluit, à eximius.  
quo solo fere tota Ecclesia videtur restituta, sine aliorum Or-  
dinum iniuria, sed in laudem omnipotenti Deo, & misericor-

di, qui fædus suum cum sua vnica Catholica Ecclesia nunquam poterit obliuisci.

*Omnia  
Ignatij, &  
suo rū stu-  
dia ad con-  
seruandam,  
& multi-  
plicandam  
fidem spe-  
stant.*

7. A IOANNE MOLANO *Notis ad Martyrologium Vñuar-  
di ad diem Ultimum Iulij de B. P. N. Ignatio inquit. Omnia  
enim eius Consilia, & studia spectabant ad conseruandam,  
reuocandam, & multiplicandam perse, & suos fidei Catho-  
licæ sinceritatem. Hæc ille in citata Apologia pro scientia Media  
Par. 2. num. 85.*

*Societas  
militans  
sub Nomine  
IESV ad  
occurren-  
dum Calui-  
nistis.*

8. A RENATO BENEDICTO Doctore Sorbonico in expe-  
ditione Epistola Missæ de Circumcisione Domini : Diuina (inquit)  
proudentia videtur Instituta Societas militans sub Nomine  
IESV ad occurrentum Caluinistis, qui vt tollant à Christo Di-  
uinitatem, non IESVM Christum appellant; vt mos antiquis-  
simus est, vel IESVM, sed tantum Christum. Ex cuius verbis  
habemus, & Sodalitatem nostram militantem esse, & Caluinistarum  
in appellando Salvatore, depravatæ consuetudini facere medicinam.  
Ita apud Nigron. in Reg. Soc. Tit. Par. 3. n. 48.

*Excitata à  
Deo tan-  
quam Mu-  
rurus contra  
heres in  
veteri Orbe.  
It in novo  
ad predi-  
candum E-  
uangelium.  
Ignatius  
antidotum  
contra Lu-  
theri ren-  
num.*

9. A FRAN. LVCA BRVGensi Decano Audomarensi Tomo  
4. in Euangelia, Epistola nuncupatoria ad R.P. Mutium Vitelleschum  
Societatis IESV Generalem. Societatem (inquit) à Deo excita-  
tam, vt in vetere quidem Orbe eam tanquam Murum oppo-  
neret nascentibus Hæresibus : in novo autem Orbe eâ vtere-  
tur ad prædicandum Euangeliū suū. Hæc ille in Apologia  
citata pro scientia Media Par. 2. & n. 85. citatis.

*Vtiusque  
mira anti-  
thesis.*

10. A FRANCISCO MONTANO In Apologia contra Anto-  
nium Arnaldum cap. 64. Nostro (inquit) tempore vt viri sapien-  
tes obseruarunt, & maxime Dominus Genebrardus Archie-  
piscopus Aquensis, cum Dominus permisisset spargi vene-  
num, mox etiam antidotum dedit ; Martinus Lutherus ab  
Ecclesia discessit, vt Ecclesiam impugnaret, Ignatius de Lo-  
yola ex mundo recessit, vt mundum debellaret : vterque ab  
Ecclesia initio renatus, & genitus in ijsdem visceribus, & qui-  
dem eodem tempore, vt gemini Esau & Iacob, Lutherus vt  
Esau factus grandior à Dæmone instructus, & impulsus est,

vt